

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1673

Autre(s) référence(s) : Fauroux 231

Auteur(s) : Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Caen, La Trinité (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : 1066, 18 juin

Lieu d'émission : Caen

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard et Mathilde donnent au monastère de la Trinité de Caen, à l'occasion de la dédicace solennelle de cette église, fondée par la duchesse : Villebarge avec l'église, le moulin et toutes ses dépendances, Chauffour, l'église, le moulin et les dépendances, le quart de Ranville ; à Caen, deux cent quarante acres de terre, et huit acres de pré ; à Jersey, une charruée, un moulin, la moitié des dîmes de six paroisses de cette île. La dîme de Dive[-sur-Mer] sur le tonlieu, les baleines et le sel ; ils ajoutent la dîme de Bavent et de Diveta, sur le tonlieu, la prévôté, le sel ; la dîme de Gacé, celle d'Ecouché sur le tonlieu, la prévôté, les moulins et le poisson ; une charruée à Bures. Mathilde acheta divers droits sur l'église et le moulin de Vaucelles pour quatre vingts livres, et les donna à la Sainte-Trinité.

Mathilde acheta Escanneville pour trente deux livres et deux muids de froment, puis elle en fit don à la susdite église.

L'abbesse acheta ensuite une terre à Hérouville pour cent sous.

Baudouin fils du comte Gilbert [de Brionne] et sa femme Emma abandonnèrent la dîme de la forêt d'Aurenchedin avec les églises et deux cents acres de terre, à la requête de Mathilde qui leur donna trente livres.

Mathilde acheta la moitié de l'église de Bénouville avec la dîme, et la donna à la Sainte-Trinité.

A Saint-Agnan[-le-Malherbe], Mathilde acheta trente et une acres de terre et les donna à la même église ; à Caen, la comtesse acheta une charruée de terre, et à Amblie, un moulin et un alleu pour vingt livres et un marc d'or, et elle en fit don à la Sainte-Trinité.

A Billy, Guillaume le Bâtard abandonna à la Sainte-Trinité deux terres.

Adeladis, moniale de ce couvent, fille de Turstinus Haldup, requit l'autorisation de Guillaume le Bâtard pour donner à la Sainte-Trinité les terres de sa dot, qui relevaient du duc : c'était la moitié du domaine et de l'église de Carpiquet, deux parts du Puits, cent quatre vingt acres de terre entre Feuguerolles et Eterville ; des terres sises à Giberville, Demouville et Cuverville ; à Cornières la moitié du moulin et une charruée ; à Rucqueville une charruée ; à Ingouville une terre ; à Cauville soixante acres de terre.

Stigandus de Mézidon, donne à la Sainte-Trinité, les églises de Falaise, avec les dîmes, les droits de sépulture et un moulin ; l'église de Guibray avec la dîme du domaine, et les droits de sépulture.

Guillaume fils d'Osbern donna quarante acres de terre à Cambes[-en-Plaine].

Roger de Montbray donna sa terre de Grainville.

Roger, fils d'Hugues des Moutiers, donna Sallen avec l'église, le moulin, la moitié de la forêt de Mont-au-Bœuf, l'église de Vaux[-sur-Seulle] avec la dîme, et une charruée.

Fulco d'Aunou et Fulcolinus son fils donnèrent la terre de Foulbec avec l'église, les moulins, les dépendances en bois et en plaines.

Avec le consentement du duc, de l'archevêque Maurille, des évêques et barons, le monastère, son clergé, son abbesse, ses moniales et ses serviteurs furent affranchis de toute redevance. Par la concession d'Eude, évêque de

Bayeux, tout Caennais ayant de son vivant élu l'abbaye pour lieu de sa sépulture ne devrait nul droit d'inhumation au prêtre de sa paroisse.

En outre, le même jour, le comte accompagné des siens, offrit sa fille Cécile comme moniale à la Sainte-Trinité.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, instr., col. 59.

b. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, t. 5, n° 319, p. 410.

c. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°231, p. 442-446.

d. Musset Lucien, *Les actes de Guillaume le Conquérant et de la reine Mathilde pour les abbayes caennaises*, Caen, Caron (MSAN ; 37), 1967, n° 2, p. 52-57.

Indications

Lemarignier Jean-François, *Étude sur les privilèges d'exemption et de juridiction ecclésiastique des abbayes normandes depuis les origines jusqu'en 1140*, Paris, Picard (Archives de la France monastique ; 44), 1937, p. 171.

Texte établi d'après c

Divina Patris æterni disponente clementia ego Normannorum dux Guillelmus, veris reatissime matris æcclesiæ quocumque diffusis cultoribus, fideliter in Christo credentibus cunctis notum esse percipimus, cælesti eos non privari mansure beatitudinis hereditate sed dignos Dei coheredes existere, qui in hujus instabilis vitæ discursu positi, ea, quæ tanquam hereditario jure possidere videntur, Deo consecratis locis in necessaria continuis ibidem vacantium præcibus suum caritati adimplentes officium mancipatione hereditaria communicare disponunt. Ad quod indubitanter credendum apostoli auctoritate necnon promissione dominica fidelium confirmata dirigitur fides. Dicit enim apostolus « heredes quidem Dei, coheredes autem Christi ». Dominus namque in ævangelio cum in bonorum actuum exhibitione operatoribus future retributionis munus prediceret, eosdem digno exercitu persistentes proposito gaudiorum coheredes esse cælestium designavit dicens, « et vitam æternam possidebunt », non igitur illos cælestis regni hereditate perpetua privatum iri putemus, qui patrem suum Christum in terrenis laboribus heredem prescripserunt. Ea ergo tante repromissionis spe, honestissima conjunx mea Mathildis subnixa, nobilissimi ducis Flandrensiū Balduini filia, cum res nostras atque potentiam sua pro magnitudine florere conspiceret in honorem Sanctæ Trinitatis, concessa a me digne petitionis licentia, in loco qui Cadomum prisco ab incolis nuncupatur nomine sanctimonialibus construxit basilicam. Quam paulo post omni commoditate exornatam æcclesiastica, spiritualis constituto desponsationis tempore, convenientes imperii nostri excellentissimi pontifices, ex abbatiis sanctissimi patres, omnis clerus, summa cum devotione religiosus populus, omnibus rite dispositis, una nobiscum, .XIII. Kalendas Julii, regnante in Francia rege feliciter Philippo, Romanis partibus imperiali jure dominante Henrico, apostolice sedis cathedram religiosissimo possidente papa Alexandro, anno ab Incarnatione Domine millesimo .LXVI., quarta indicione, omnipotenti consecraverunt Domino. Nuptiis ergo solemniter celebratis spiritualibus, advocatis cum patribus predictis terræ nostræ primatibus, firmissima prolis nostræ tam filiorum quam amicorum omnium concessione, hæc de nostris in supplementum sanctæ æcclesiæ, pro redemptione animarum, in perpetuum possidenda permisimus, ea videlicet conditione ut si quis, temerario ausu, venerande matri æcclesiæ concessa a nobis beneficia surripere temptaverit, persistendo orthodoxorum communitate careat, iram omnipotentis Domini anathema factus perpetuam incurrat.

Ego Willelmus comes et uxor mea Mathildis tradimus huic sanctæ æcclesiæ villam Barge cum æcclesia et molendino et cæteris omnibus appenditiis. Addimus villam quæ vocatur Calfur cum æcclesia et molendino et cæteris appendiciis. De villa quæ vocatur Ranvilla quartam partem, in territorio ipsius æcclesiæ in villa quæ

Cadomum dicitur ducentos et quadraginta acros terre et octo acros de pratis et in insula de Gersoi terram unius carruce et unum molendinum et medietatem decimarum sex parrochiarum ejusdem insule et decimam Dive de theloneo et de balenis et de sale. Addimus etiam decimam de Batvent et de Diveta et de theloneo et prefectura et de sale. Itemque decimam de Waci et de Scocei et de theloneo et prefectura et molendinis et piscibus, tradimus etiam terram unius carruce in valle de Bures.

Concedente autem comite, emit comitissa de Milone et Lechelina uxore sua quicquid habebant in villa quæ Valcellis et in æcclesia ejusdem ville et in molendino .IIII.or viginti libris ; hujus rei testes sunt Hubertus de Ria, Radulfus camerarius, Walerannus, Godefredus coquus, et dedit Sanctæ Trinitati.

Emit etiam comitissa, annuente comite, de Roberto et de Willermo filiis Wimundi Cufel, villam quæ vocatur Eschenelvilla .XXXII. libris et duobus modiis frumenti, et dedit predicto loco, et abbatissa cætereque sanctimonialia concesserunt illis ipsius loci orationes. Hujus conventionis testes sunt : Hunfridus camerarius, Bernardus filius Clot, Stephanus serviens comitisse, Herbertus Folenfant, Radulfus frater ejus.

Et abbatissa postea emit de predicto Roberto filio Wimundi illam terram quam possidebat in Herufi villa centum solidos. Testibus supradictis Hunfrido et cæteris. Balduinus filius Gilleberti comitis et uxor ejus Emma pro animarum redemptione dederunt supradicte æcclesiæ decimam de la foret d'Aurenchedin cum omnibus ecclesiis et ducentos acros terre per deprecationem comitisse. Deditque illis comitissa in amicicia multisque retributionibus .XXX. libras. Emit etiam comitissa medietem ecclesie de Burnolfi villa cum decima et dedit Sancte Trinitati.

Item in villa Sancti Aniani emit comitissa, annuente comite, triginta et unum acros terræ et dedit predictæ æcclesiæ. In Cadomo emit comitissa de Waleranno filio Rannulfi monetarii terram unius carrucæ, et in Amblida unum molendinum, et illam terram quam frater suus Conanus in eadem villa tenuit in alodio, viginti libris et uno marco auri, annuente comite, et dedit Sanctæ Trinitati. Hujus rei testes sunt Giraldu dapifer et Hugo de Rosel et Rannulfus filius Otueri.

In villa quæ dicitur Billei dedit comes Sanctæ Trinitati illam terram quam Ernestus clericus tenuit de illo. Item in eadem villa dedit comes illam terram quam ibi tenuit Radulfus cognomento Billei pro filia Willelmi filii Radulfi ibi facta monacha in æcclesia Sanctæ Trinitatis.

Adeladis autem ipsius æcclesiæ monacha, filia Turstini Haldup, deprecata est misericordiam comitis Willelmi quod illas terras quas pater suus sibi dederat in conjugio et quas ipsa illo tempore ab ipso tenebat comite Sanctæ Trinitati daret et illa concessit sibi medietatem elemosynæ, ea conditione quod sub eo tutore suisque heredibus firma res permaneret, videlicet medietatem villæ quæ dicitur Carpiket et medietatem æcclesiæ et duas partes villæ quæ vocatur Puteus ; et inter Filkerolas et Estarvillam novem .XX.ti acros terræ ; et illam terram quam Osmelinus filius Theoderici et Herbertus Folenfant tenent in Goisbertivilla et in Demolt villa et in Culvertvilla ; et in Cosneriis dimidium molendinum et terram unius carrucæ ; et in Rusca villa terram unius carrucæ ; et in Ingulfi villa terram quam ibi tenuit Ansethillus et in Calva villa sexaginta acros terræ.

Stigandus de Mansu Odonis dedit, annuente comite, Sanctæ Trinitati pro filia sua monacha ibi facta, æcclesias Phalesiæ, cum decimis et sepulturis et unum molendinum et in villa quæ dicitur Vibrai unam ecclesiam cum decima ejusdem villæ et sepultura. Et Willermus filius Osberni dedit pro anima sua prenominate æcclesiæ quadraginta acros terræ in Cambis, concedente Odone cujus fuit alodium.

Rogerius de Molbrai dedit Sanctæ Trinitati illam terram quam habebat in Grainvilla pro filia sua ibi facta monacha, testes sunt hujus rei Droco de Sancto Vigore et Reinaldus de Glanvilla.

Rogerius filius Hugonis de Monasteriis dedit pro matre sua ibi Deo consecrata Sanctæ Trinitati villam quæ dicitur Salam cum æcclesia et molendino et dimidiam silvam de Monte Albolt et monasterium de Vallis cum decima ipsius ville et terram unius aratri. Hujus rei testes sunt Hugo de Monteforti, Ricardus de Belfo et Hunfredus frater ejus.

Fulco de Alnoy et Fulcolinus ejus filius dederunt Sanctæ Trinitati pro redemptione animarum suarum terram de Folebec cum æcclesia et molendinis cæterisque appendiciis tam in planis quam in silvis, medietatem pro animabus suis ut predictum est, alteram medietatem pro Hadvisa, uxore sua. Hujus rei testes sunt Buchardus de Insula, Willelmus filius Osberni. Ex communi autem consensu tam comitis Willelmi quam archiepiscopi Maurilii atque Odonis episcopi huic loco prelati et episcoporum Hugonis Luxoviensis, Johannis Abrincensis, cæterorumque nobilium, Willelmi Osbernide (sic), Rogerii de Monte Gomerico, Hugonis de Monte Forti, Radulfi camerarii, hujus rei testium, permissum est hanc æcclesiam fore liberam tam in clero quam in abbatissa et in sanctimonialibus et ejusdem æcclesiæ cibo sustentatis famulis ab omni pecuniæ debito, hoc excepto quod divinæ subjacet correptioni. Concessit etiam episcopus Odo ut quicumque Cadomensium in vita sua sepulturam sibi in hoc loco elegerit, non exigat ab eo presbiter suus sepulturam. Præterea prefactus comes gloriosissimus et uxor ejus cum filiis suis, Deo eodem die obtulerunt filiam suam Cæciliam nomine, favente archiepiscopo Rotomagense cum cæteris presulibus, quatinus in eodem loco deifice videlicet Trinitatis ipsi in habitu religionis perenniter serviret, cujus munere tam prolem quam cætera bona intelligunt se possidere.

+ Signum Willelmi comitis. + Signum Mathildis comitisse. + Signum Roberti filii comitis. + Signum Ricardi filii comitis. + Signum Willelmi filii comitis. + Signum Hugonis de Monte Forti. + Signum Rannulfi vicecomitis.

+ Signum Ricardi vicecomitis. + Signum Roberti Bertram. + Signum Radulfi camerarii. + Signum Gaufridi de Calmunt. + Signum Radulfi Taxonis. + Signum Rogerii de Monte Gomerii. + Signum Maurilii Rothomagensis archipresulis. + Signum Hugonis Luxoviensis presulis. + Signum Odonis Baiocensis presulis. + Signum Johannis Abrincensis presulis. + Signum Balduini Ebroicensis presulis. + Signum Willermi Osberni filii. + Signum Fulconis de Alnou. + Signum Fulconis ejus filii. + Signum Nicholai abbatis Sancti Audoeni. + Signum Johannis abbatis Fiscannensis. + Signum Rannulfi Sancti Michaelis abbatis. + Signum Gerberti Sancti Wandresili abbatis. + Signum Warini abbatis Sancti Vigoris. + Signum Willelmi Ebronensis abbatis. + Signum Hugonis de Lunler abbatis. + Signum Herluini Becci abbatis.